

Diss. Med. 4738

DVCE ET AVSPICE CHRISTO!
DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA
DE
PETROLEO,
QVAM
RECTORE MAGNIFICENTISSIMO,
SERENISSIMO PRINCIPE AC DOMINO,
DOMINO
GVILIELMO HENRICO,
DVCE SAXONIÆ, IVLIACI, CLIVIÆ, MONTIVM,
ANGARIÆ ET WESTPHALIÆ, & reliqua,
SPB PRÆSIDIO
GEORGII WOLFGANGI WEDELII,
HEREDITARI^I in Schwarza /
MEDICINÆ DOCTORIS, COMITIS PALATINI CÆSAREI,
SERENISSIMORVM SAXONIÆ DVCVM CONSILIARII
ET ARCHIATRI,
THEORETICES PROFESSORIS PUBLICI ORDINARII,
h. t. PRO-RECTORIS MAGNIFICI,
Patroni, Hospitis & Preceptoris omni pietatis & obseruantie
cultu etatem prosequendi,
PRO LICENTIA
SVMMOS IN ARTE MEDICA HONORES, INSIGNIA ET PRIVILEGIA DO-
CTORALIA, MORE MAIORVM, RITE CAPESSENDI,
PUBLICÆ DISQUISITIONI SVBMITTIT
IOH. CHRISTOPHORVS SPROEGELIUS,
HAMBVRGENSIS,
IN AUDITORIO MAIORI,
Horis ante- & pomeridianis consuetis.
Die Decembr. M DCC IX.
(1709)
IENÆ, LITTERIS KREBSIANIS.

PRO-RECTORI ACADEMIÆ
MAGNIFICO,
V I R O
Illustri & Excellentissimo,
DOMINO
GEORG. WOLFGANGO
WEDELIO,
HEREDITARIO IN SCHWARZA,
MEDICINÆ DOCTORI, COMITI PALATINO CÆ-
SAREO, SERENISSIMORVM DVCVM SAXONIÆ
CONSILIARIO ET ARCHIATRO, THEORETI-
CES PROFESSORI PUBLICO OR-
DINARIO,

*Domino Patrono, Hospiti, Praeceptoris,
Prefidi, & Promotori suo atatem deuenerando,
THEMA HOC NAVGURALE
IN OBSTRICTISSIMI ET GRATISSIMI ANIMI
TESTIMONIVM,
Devoce offerre voluit, debuit*

IOHANNES CHRISTOPHORVS
SPROEGELIVS.



Q. D. B. R.

PRÆFAMEN.

Pecunda mater rerum est terra, una cum socia aqua, primitus chaos constituenta visa, summi conditoris miraculum, centrum & theatrum qualis unius, ex quo stupenda maiestas infinitis modis elucet, nec satis depraedicari potest.

Omnium hominum hoc solum fuit priuilegium & præcipuum, nosse Deum & naturam, seu opera diuina, fabrikam ineffabilem, producta innumerabilia, utensilia, se ita loqui licet, & opera incomprehensibilia, ne dicamus de directione summa, nec oculis, nec mente concipienda fatis.

Non herbas indies adhuc inueniendas nouas, non animalia omnigenum genus, non mineras & metalla, non arenas & miculas, atomosque ipsas in terra delibabimus, sed saxa solum & petras vel levissime attingere.

Ex pumice aquam poscere inter impossibilia possumus, olim iacti, imo aquam e petris vel intima-

4 DISSERTATIO INAVGVRALIS MEDICA
admissionis Prophetæ producere incredibile; & id
tamen iussu divini oūmīnis factum est.

Consequunt montes & pateræ velut cellas haberi-
ratae subter se, & circulationis aquarum instrumen-
ta, aquas, acidulas, thermas, fluminina tanquam ex
vbere ventre dimittentia; imo oleum ipsum, mi-
rum dictu & visu, parturientia, & fontes horum ex-
hibentia.

De hoc singulari & benedicto oleo, non imme-
rito diuino dicto & deprædicando, DISSERTATIONIS
INAVGVRALIS LOCO allubescit *diāmetrū* consignare,
breuem quidem illam, sed in recessu amplissimi &
largissimi usus; id quod ut felicitè cūniat, deuo-
tissime precamur.

C A P V T . L

Definitione nominali & reali Petrolei.

 Vōd in genere notissimum est *Tullii* effatum: omnis,
inquietus, quæ a ratione suscipitur de aliqua re insti-
tutio, debet a definitione proficiendi; vt intelligatur,
quid sit id, de quo disputatur; id longe maxime valet
de rebus medicis, in usum humani corporis cedentibus, ne
videm illa aliqua noxa concilietur.

N O M E N sane Petrolei recentius est; quamuis enim
res

res ipsa sit antiquissima, minus tamen hoc nomine olim, venit. Origine Graeca est vox, πετρέλαιον, vsu Latina, petreolum quibusdam, plerisque vero hodie petroleum, conuenientissimo tamen, ut utrumque forum arrogare pos- sit merito, nisi auctoritate constaret, prius apud Graecos hoc nomine venisse, quantum nos quidem nouimus, quam apud Latinos, ceteroqui eiusdem plane commatis, seu ipsissimum.

Primus enim, qui eius meminit, est *Nicolaus Myrepsus, Alexandrinus*, s. i. de Antidot. a. 27. p. m. 36. vnaque sic usum medicum, cumque internum, probat.

Vt vero rem ab ovo, quod siunt, ordiamur, vel potius a fluvio ad fontem & scaturiginem deducamus, consiluus vi- decur, quædam necessaria de bitumine, tanquam genere, præ- mittere. Hoc ipsum minerale fuit usu omnium antiquissi- mum & frequentissimum, eum post diluvium ipsum, eoni, cordi adhuc hominum coetu, cum post dispersiorem tetram vniuersam. Enimvero inserviebat ad ipsum terram, celsisq simam Babelis, quandoquidem laceres habuerunt ipso sexu & asphakum, seu bitumen, pro cemento, Genes. XI. v. 3.

Et postmodum Semiratis muros Babylonicos adi- potem & miraculum orbis extriuebat, sic etiam zelus sua capio Phalæs, ex lacere recto & asphaldo, teste Diadoro, Biblio, thec. I. 2. c. 4. seu, ut alibi loquitur, τως οὐδὲ δέ τις εἰς Φαλῆς ἀνδυομένην, laceres in asphalton conduens.

Sed quorundam hæc, dixerit aliquis, ubi de petroleo secundo havendus, & disquisitio instituenda est? Sane hæc clauem porrigit ad lustrationem hanc genuinam, & natu- ram rei, etiam per voces & nomina investigandam. Hanc in rem ponamus asphaltum (ita enim, in neutro scilicet, vo- cat divinus senex, apbradifex & alii, quibuscum therio fo-

quimur, licet alii foeminina genere vocent,) seu bitumen promiscue nobis & pro synynomio sumuntur merito. Asphaltum, forte dictum δέρμα τὸ ασφαλεῖας, ob securitatem, seu firmitudinem cohaesionis & clementationis, duplex est & datur potissimum, teste *Dioscoride*, & *Strabone*, qui sunt instar omnium, utpote ex re philosophantes. Horum enim effato duplex est ασφαλτός, alia υγρά fluida, alia σκρα, solidas, quæ distinctio classica est, & faciem accedit toti rei clavisimam.

Solidum seu siccum, contradistinctum fluido, dicitur a consistentia, seu in solo, terraue, seu in fluido consistat & fluit, ynde lacus asphaltites famosissimus, tristissimum Sodomorum monumentum, nomen cum prouentu habet, concretum illud. Fluidum termino alieno continetur, nomine aliorum, ipsissimum v. g. petroleum. Imo & medium datur, vel limosum, non uno exemplo, sub maltha nomine.

Ast cum ulterius bitumen loco generis estimandum & ponendum mereatur, ad hanc genuinam methodum genera & species sub iis contentas enumerabimus. Sub bituminè ergo sicco continentur & militant *sphakum Iudaicum*, a quibusdam olim pro aloe fossili habitum, quod ἀνύγει quidem dictum, analogiam tamen quandam signat, ratione coloris & consistentie, alias etiam pix Iudaica, in Iudea, enim optimum habitum semper fuit.

Referre tamen licet etiam *sulphur ipsum*, sui quidem generis, sed reuera & ipsum suo sensu sub bitumine militat, eiusdemque naturæ est fororsansque. Quin & *succinum* huius communis est, bitumen maris Prussici nobilissimum, ne *gagatum* seu succinum nigrum laudemus.

Quin & ulterius spectante huc cespites bituminosi Belgarum, seu Turfa, quod istos consideranti facile patet, licet ter-

terreze simul sunt naturae, de quibus videatur Schoekius. Adde & carbones fossiles, eoque variae speciei, lignum item fossile bituminosum, quo de Pillingius scripsit. Itmo ipsa hue spectat Mumia & Egyptica; quamvis e mixtura certa ficeret & fluidi enata, unde & delicatior longe est, & magis medicamentosa, unde sit mumia Arabum, seu cera quasi sui generis, balsamationi debita; quo de vid. Nardus comm. ins. Lucretium. Ex arte factis pars secca huc pertinet, quorsum quidam & piissphaltum referunt.

Vice versa inter fluida bituminina primas tenet naphtha, decantatis finum oleum, & adeo hyperbolice descriptum, ut velut magnes flammæ, seu ignis, habita fuerit, ita ut ex aqua susciatur ad distans rapiat ad se flammat, & extingui aqua nequeat, quod experimento Alexandri Magni apud Plutarctum, Strabonem & alios celebratum est.

Apud Dioscoridem vero l. i. c. 100. bituminis ~~τεμίθημα~~ vocatur, apud Plutarctum πούμα fluar, verbo bitumen liquidum. Tantum vero abest, ut Graeco idiomati debetur, q. d. οὐδὲ τὸ ἀνέγερτο, ut non attingi debere a flamme innatur, ut potius Chaldaicæ sit originis θυρός, quod alias picem significat quoque, a stilando dicta. Quod cum non vidissent vel inteligerent Graeci, nomen hac Chaldaicum retinuerunt, & civitate donarunt. Hinc fere inter desperita frustra iudicata & relata fuit, cum tamen ipsius natum sit petroleum, licet sua speciei puratum.

Hic vero interfandum est, per dicta, petroleum, seu bitumen liquidum duplex esse, aliud natum ~~τηρόντες~~ xanthopurum, vel quasi, statim suum, vel fulvescens, vel fontibus supernatans; aliud arte obstetricante factum, bituminis colamen, mediante igne, quo de suo loco. Vel hoc ipso ergo testimonia Dioſcoridis facilius efficitur, tandem esse naphtham cum petrejo.

Sunt

Sunt qui & ~~sciam~~ vocant, ut ex etymolog. magno patet, ut & tempe a Graeco οὐάντος, ascendere, derivantur. Ita & οὐαντος vocant. Vid. Salmas. in Exercit. Plinius. Alio, quod *Scidax* notat, οὐαντης est, in masculino οὐαντος, in foemino & neutrō οὐαντης visitatum.

Idem dicendum & de maltha, nativa puta, quam lignum fragrantem votat Plinius l. 2. N. H. c. 104. similitudinem cum naphtha circa Babylonem, & in Astacenis Partie profluente, vbi fontes bituminis plurimi fluere, vbi & putta habet.

Eleganter de his agit Agricola de natura fossil. lib. 4. ab initio, quem & Bernhard. Casus de mineral. l. 3. t. 7. fact. 1. s. 9. adducit: Eundem succum nigrum, inquisus, si liquidus sit, (putra pie malecum migrans) quidam appellare picum, ob coloris similitudinem, quam habet ad picem. Ex quo apparet ipsius naturam & nomen alii fuisse manifestum & notum; alii fuisse obscurum & ignotum. Quia sane de causa vni eisdemque nomine peduerunt multa; quorum scientiae eundem crevit ex diuersarum gentium vocabulis, quibus eundem succum nominant in commentariis relativis. Etenim Babylonii appellant suo nomine naphtham: Sartor sahrei maltham: Mauri, arabico, Hafral. Huius enim generis est, quod eundem Mauri, Indico, ut videtur, vocabulum significant camphoram.

Par ratio est vtrum arne, quod delicatos paulo, petru-
los tamen idem congenit, securis nostris asportari ex India copit. Ex quo magis hanc pateat, coperi se hoc inde posset; etiam non esse nisi scissas liquatas, nec non vnde differentis, opaque successu compone spissescere quoque, sum expessa, tum desidiat. *Natura* dicitur *ox* hec ex cognosc

DE PETROLEO.

genere & loco generationis, ex oleo puta, & petra, & hoc nomine hodie vñstatissime venit, q. d. oleum petrae. Et quamvis a diuerso loco, patria, & aliis, non uno gaudet gradu, re ipsa tamen inter se conueniunt, ac petrolei nomine gaudent merito, quæ in essentialibus nullam agnoscent differentiam.

Perinde vero est, vtrum distinctim, seu diuisim, audiat oleum petrae, an contracte petroleum, oleum enim petroleum dicere paulo videtur inconueniens, licet aliquando usus verborum magister ciuemodi nomina induixerit etiam in scholas medicas. Sic ut sal petrae dicitur, quamvis non solis petrosis locis efflorescat, sed & terrenis aliis, & gelsosis; ne petroselinum & alia a petris dieta laudemus, ut sal marinum, sal fossile, in alio genere; ita & oleum petrae, seu petroleum, non incommodo dicatur.

Vocatur alias quoque oleum sanctum, oleum viuum, unde Poëta: Vulcano coadicta domus, quam subter eunti, stagna sedent venis, oleoque madentia viuo; porro Musaeus Mydæus, oleum Medea, Nicolao Myreppo vnguentum sancti Barbari, qui minus notus feminino sextu, S. Barbaræ potius, hodie etiam oleum S. Catharinæ Germanis Steinöhl / Peteröhl / Catharinendöhl / ne plura laudemus.

DEFINIRI hoc potest: Est oleum minerale, bituminosum, subtilius, nativum, boni odoris, oleis destillatis simile, tum aliis, tum viribus, polychrestum.

GENVS seu ratio formalis est oleum, proximum videlicet, ut remotius paulo est liquor. Quamvis enim Nazarens negare videatur esse oleum l. i. c. 100. hallucinari scribens, qui id Sicutum oleum nominant, nam bituminis liquidi genua esse constare. Ipse tamen contextus vel res ipsa docet, non absolute negari ab eodem, oleum esse;

B

foret

forecetim hoc contradic^{tio} in adiecto; inseruit^e ad lucer-
narum lumina olei vice, & tamen non esse oleum. Quare
oleum videtur saltim negare commune, & ab eo sic con-
tradistinctum oleum minerale.

Oleum vero esse testantur omnes & singulae affectio-
nes. Est inflammabile quam quod maxime, seu alia omni-
bus contra, ut rapax sit flammæ, quamuis sobrio saltim sen-
su, ut semiextincta candela vel solo fumo rapit ad se & in-
uicit prompte ignem. Supernatat aquis, nec cum iis misce-
tur vel symbolisat, optime vero, statim & intime cum oleis;
aliaque omnia cum oleis habet communia. Hinc etiam in
Taxa Lipsiensi & aliis recte inter olea recensetur, eaque de-
stillata. Si enim vel maxime destillatum non fuerit, vti ta-
men nil obstat, vel destillatione rectificatur potius; ne-
pollet tamen illis, & cum iisdem paria facit. Alii inter
gummata in capitibus Taxarum referunt, quod ratione o-
riginis, & a priori verum est, a posteriori vero magis ad o-
lea spectat.

Oleum vero hoc minerale est itidem, ex ortu suo iu-
dicandum. Licet enim ad marina quidam referant, & hæc
tamen, vel coralliorum exemplo, sunt mineralia quoque. Et
hic locus est, aliud discrimen circa hanc materiam addendi,
idque geminum notabile. Primo, aliud est bitumen, aliud
bituminosum. Illud est magis absolute tale; hoc secun-
dum quid, conueniens in uno tertio. Ita olea sunt alterius
generis, quedam vero bituminosa, siue ex ipso bitumine
producta, ut petroleum, siue ex aliis, cum hoc tamen ana-
logiam indepta.

Enimuero olea, destillata saltim potissimum, sunt du-
plicia, alia ætherea, eaque vel sale volatili foeta, καὶ ἐξοχι-
talia; alia bituminosa, eaque vel subtiliora & volatiliora;

cum

cum æthereis quodammodo conuenientia, alia spissata, alia media, diversimode de sale volatili participantia, quod exemplis patebit.

Deinde, ut hæc magis eluceant ad illustrandum petroleum, alia bituminosa sunt vegetabilia, alia animalia, alia mineralia. Ex vegetabili regno duo tantum laudabimus, oleum tartari, & terebinthinæ. Bituminosa scilicet participant de duplice tali substantia, volatili & fixiori magis, unde oleum terebinthinæ primum æthereum est magis, & spiritus nomine vulgo venit, & ipsum tamen respectite bituminosum; alterum magis tale, ne de tertio ipso dicamus. Idem valet de oleo tartari destillato, de oleo iuniperi, ligni sancti, & aliorum. Imo pix ipsa sicca, & fluida media, hæc optime representat, ac mechanica eadem.

In animali regno rario videtur bituminosorum prouentus, nec illud tamen iisdem caret. Ita oleum, quidem cornu cerui & sanguinis hirci, cerui, hominis ipsis, est sale volatili refertissimum, nihilominus tamen spissum aliquod simul inest, & bituminosum. Id quod etiam magis in bile ex vesicula fellea visum, & optime concipi potest, illa enim fixior est, & instar aloes bituminosa magis.

In mineralibus vero, in omnibus vel plerisque dictis, idem occurrit, & maxime mechanica succini comprobari potest. Sane rectissime *Helmontio* audit petroleum, analogia mechanica succinum liquidum. Succinum enim & bitumen est, & oleum eius bituminosum. Vehitur enim, ex retorta destillatum, in rectificatione super alembicum vehiculo aqua, vi ignis eyectum; sed & hoc, æthereum sic visum, est instar aliorum bituminosum; & maxime omnium non ascendit nisi volatile, reliquum bonam partem remanet, vigricans illud, & maxime bituminosum.

Probat illud experimentum menstruorum olea solvens
atum; quæ enim sole volatili oleoso prædicta sunt magis, mi-
nus acido, soluuntur prompte tinctura tartari, essentia anti-
monii tartarisata, spiritu salis ammoniaci dulci, non vero,
nisi alio artificio sociatorum aromaticorum, oleum iuniperi
xi, oleum succini, & alia. Imo balsama idem testantur, ut
Peruvianum & alia, quæ similibus extrahi possunt in tinctu-
ram, sed potissimum quoad partem volatiliorem aromati-
cam, siquidem illa gemina illa substantia oleosa gaudent
& constat.

Et idem hinc phænomenum addendum est petroleo,
non soluitur hoc quoque menstruis relatis, & ut hoc adda-
mus etiam hic statim adulteratur aliquando olea terebin-
thinx, alioue simili. Imo si insipissetur destillando, vel in
emplastris recipiatur, euapocata bona parte, spissitudinem
quandam post se relinquit, ut inferius repetemus.

CAPUT II.

Petroleinatalibus, colore, odore, natura, causis, & origine.

Quae patria? unde domo? quæri solet, si nosse veli-
mus, de quo dicere vel scribere intentio est. Me-
rito itaque iure de petroli ortu, & ubi reperiatur,
unde acquiratur, solliciti sumus.

Primi natales & inuentio sic simul & vñus, quantum
ex sacris & profanis nouimus; Babylonia fuit, & lacus
Asphaltites: unde prius, quam ad specialia progrediamur
loca, generalia simul delibare integrum est. Ex oriente
idcir-

Idecirco illuxit primus bitumen, eiusque hæc progenies nobilissima.

Asia itaque præcipue bituminis & petrolei ferax est, ut India ipsa quoque. Oleum e mortibus effluens India orientalis ante plures annos misit quoque, quod infirmis solarium spondet, & oleum terræ in officinis pharmaceuticis appellatur, verba sunt *Olig. Iacobæ* in præfatione Ariostii.

In Persia prope mare Caspium, ad rupem Barmach, petroleum scaturiginibus triginta, inter quas tres validissimæ, prorumpere, testatur *Olearius Itiner. Persie.* l. 6. c. 9.

De Armenia locus egregius extat apud *Marcum Paulum Venetum de Reg. Orient.* l. 1. c. 13. p. 12. In Armenia majori, scribit, fons quidam magnus invenitur, de quo liquor oleo similis scaturit, ad condimentum quidem cibi inutilis, lampadibus vero concinnandis & nutriendis, aliisque rebus inungendis commodissimus, unde vicinæ quæque nationes concurrunt, & de fonte illo omnes pro lucernis alendis haurire contendunt. Tam enim indolentes, hic fons fluit, ut etiam multæ naues oleo eius operatae in alias abducantur regiones.

In Italia, & vicino Siciliæ & Neapolitano regno, ubi in primis prouentus habetur petroli, nam de eo magis iam solliciti sumus. Liquidum hoc bitumen inueniri in Agrigantino Siciliæ, fontibus innatans, festis est *Dioscorides* l. c. 1.

In Lombardia passim, ultra & citra Apenninum & Bononiam, de thermarum scaturagine e petris destillans colligitur petroleum, teste *Langio* l. 2. epist. 52. p. 812. ubi & plura.

R. Benjamin in itinerario se venisse Puteolos scribit: Et invenitur illic oleum, quod vocatur petroleum, & colligitur in superficie aquarum, & reponitur ad medicamenta.

De olco Montis Zibinij, seu petroleo agri Mutinensis,

ribellum egregium iamdudum scripte *Franciscus Attofius*, cui oleorum princeps audit, le^ctū dignissimum. Meminit etiam huius, licet breuiter saltim, celeberrimus *Bernhardinus Ramazinus*, in curiosissimo Tractatu de Fontium Mutinensium admiranda scaturigine. Ibi cum ex *Plinio* locum laudasset l. II. c. 110. N. H., in Mutinensi agro statis Vulcano diebus ignem exire solitum, addit: Id autem praecepue visitur in monte Gibbie, vbi varii fontes extant, e quibus oleum de Saxo, vt vocant indigenæ, seu petroleum emanat.

Autore *Athanaf. Kircher* variis in Italia & Sicilia locis reperitur naphtha, siue bituminosus liquor, vti in Naphtia, (forsan inde dicta,) loco vicino Mineo vrbi Siciliæ, vbi huius bituminis speciem copiose scaturientem olim se vnu disse meminit, l. 9. *Mund. Subterr.* S. 3. c. 3. p. 156. Memorabile est quoque, quod *Cornelius Consensinus* pecuarii obseruatione in monte Vesuvio notauit, fonticulus scilicet compluros in montis huius iugo & in cliuo naphthæ quandam speciem, siue petroleum, per occultos meatus, ad proximum mare insigni quandoque copia delabi solitum, destillantes. Vid. *Act. Erud. Lipsi. Suppl. T. I. p. 178.*

Nec in Gallia deficit petroleum, quod sub nomine hoc, seu olei nigri de Gabian, describit & refert *Pometus* l. 3. *Histoire des Drognes* c. 17. p. 95. Prouenire nempe & scaturire in rivulum vicinum pagi dicti Gabiani, sicut in Episcopatu Bezier in Languedoc, lucrosu[m] camera Episcopali, consistentiæ mediæ, odoris fortis & foetidi, coloris nigri.

Imo & Germania nostra, fœcunda mater mineralium metallorumque, non solum succinum singulari priuilegio copiose largitur, quo de Phl. Jacob *Hermannus* legi metetur, quamvis non tam bitumen, quam lapidem esse statuat; verum etiam ipsum petroleum; secus, ac *Kircherus* &c. qui

Abul

scri-

Scribit: si succus hic vnguiculus, ex fundo maris ex depuratisima sulphuris gleba scaturiens, in superficiem eleuetur, & fluctuum deinde impulsu ad littora disspellatur, inibi in ambientis aeris siccitate induratus in succinum conuertitur.

Optime illud describit & fusiū Thurnheuserus in Pisone, seu de aquis mineralibus, l. 6, c. 38. fol. 247. Im Leberthal/ air, besonderlich aber bey Geißbach/ ist ein alter Schacht, oder Graben/ welchen die Griechen βούργον nennen/ darin aus einer camera oder Kluff herfür rinnt eine schwärzige Fettigkeit gleich einem Oel/ mit welchen die nechstgelegenen Landleute/ an statt der vermischtē Karrensalbe/ die Wagen schmieren/ & reliqua.

Idem vero modum docet separandi purum ab impuro, subtile a crasso, petroleum a bitumine, (1) simpliciori modo in vase capacissimo fistili inditis v. g. ff X. materiae bituminosae, tribus partibus vacuis relictis, & probe lutato vase ignem subdendo lenem ad tres horas, sensim sensimque augendo, blande coquendo. Sic enim subcidet pars spissior picis æmula, huic refrigerata supernata oleum, ipsius olei lini purum, & subflauescens, paulatim decantandum.

Hoc si ex cucurbita vitrea destilletur, duplē largitur substantiam, phlegma infetius; & illud medicæ virtutis, & superius oleum, per vitrum hypoclepticum separandum, id quod pro lubitu additione aceti destillati semel iterumque rectificandum.

Addit denique, præter alia: Und also auf diese Weise haben wir Deutschen ein besonders Petroleum, welches auch an Kraft den andern dreyfath doppelt überlegen/ und zwölffmahlen besser ist. Confer. idem l. 1, c. 15.

Tandem & Scotia, ipso iam testante Thurnheusero l. c., ipsa-

ipsaque Norvvegia, ne exteris alias regiones, insulas, flumi-
na, fontes terrasque laudemus, petroleum fundunt & pos-
sident. Ita in *Actis Erudit. Lips. ann. MDC LXXXV. p. 175.*
memoratur Fons S. Catharinæ in Scotia, cui oleum nigrum,
infallibile doloris ex causa frigida remedium, innatet.

Ad eundem dictum vero modum & antiquioribus iam
seculis petroleum depuratum fuisse credibile est, & separa-
tum ab asphalto, naphtha laudata nomine. Tacemus quos-
dam vel confusisse etiam cum petroleo, vel analogum in-
uenisse oleum laterinum, seu philosophorum, quod tamen, si
fateri volumus quod res est, petroleum verum non affequitur.

Insuper quoque iam ab aliis obseruatum fuit, fraudu-
lenter petroleum oleo terebinthinæ aliisque fuisse deturpa-
tum, ut more aliorum oleorum destillatorum in verum &
falsum quoque distingui mereatur, distinguendum odore,
sapore & aliis.

De hoc si disquiramus, communiter prostans officinale
oleum genuinum non ingrati est odoris, nec saporis, quin
aliquam gratiam spirat magis; terebinthinatum vix occu-
lere potest huius odorem & saporem admixtum. Fœtidum
vero ex dictis dari constat quoque, sine dubio minus puri
sulphuris indicio, quo de vid. *Pometus. l.c.* Non aliter ac
in lutosis terris platearum nostrarum sulphureus talis odor
spirat, nec fœtor tamen, vel exemplo olei tartari bitumino-
si, virium expers est.

Assumtum more aliorum similium oleorum odorem va-
rinæ violaceum spirat, sulphuris intime resoluti in lympham
argumento. Reliquis etiam oleis destillatis additum non
præpollet, sed eorum naturam affumit.

Odor hic proprius & specificus, substantia & diffusua-
ris, testatur tam de subtilitate, quam penetratione. Agyrtæ
in

In publico foro visi sunt id depraedasse, si dorso manus illustrinatur, sentiri in vola odorem, & vice versa; id quod tamen citra penetrationem dimensionum, ut sic loquamur, accidit, aque & magis in longum & latum, quam in profundum facta penetranti diffusione & volatili.

Et hæc causa est rapacissimæ flammæ. Quando enim accenditur, ob liquidissimas & pansissimas sulphuris tenuissimi particulas, simul ac semel in aere libero, ^{ad eum} ^{negi} ^{bi} ^{aius}, vehementer & cum impetu defligrat, ut nulla aqua extingui possit, accessu denegato, nisi cineribus vel terreis obruatur & discontinuetur.

Color variat. In plerisque officinis duplex saltum habetur, flavum, & rubellum, utrumque bona nota. Datur etiam album, testificationis, ut videtur, testimonio, vel cum flavescente fere idem, limpidum illud magis, non turbidum. In pharmacopolio Raisbonensi Leipoldi prostat etiam nigrum. Nonnunquam & cœruleoscens habetur, ut idem & in oleo succinij variat,

Sapor est non ingratus quoque, emulans olea destillata. Ut aqua nuda est & inodora, ut omnes sapores & odores recipere possit; ita petroleum minus acre respectiue, subdulce quasi, liceat velut nudum vocare in suo genere, ut alios adsciscere & suos facere queat sapores & odores, magis seminales illos & specificos.

Quod si ergo de origine petrolei philosophari, ut par est, velimus, missis aliorum quibuscumque in praesentiarum effatis, hypothesibus & opinionibus, breuiter pro nostro scopo illam delibabimus.

Enimuero vix melius possumus id præstare, quam si sapientissimo & omnipotentissimo diuino numini id omne acceptum feramus deuotissimo animo. Hic enim verus &

summus Deus, inter alia infinita maiestatis & potentie monumenta, per ineffabile verbum F I A T, etiam bituminum, omnia & singula genera, consilio & beneplacito xterno, in toto orbe pro salutari humana gentis bono condidit, distribuit, & in hunc usque diem conseruat.

Hec est causa vera efficiens principalis & summa, quae sine omnis reliquarum subordinatio est nulla & frustranea, Deus, scilicet, optimus, maximus, solus hanc gloriam & laudem xternam meretur.

Quoad materiale vero, si rem ab ouo arcessamus, iuxta creatorum ordinem, non deficiunt elementa, cum primis terra & aqua, hinc & reliqua, tanquam matres principiorum chimicorum, tanquam materia prima; ut sal, sulphur & mercurius, sunt secunda. Materiale hoc genus summum est sulphur, sensu chimico, principium nobilissimum, sub quo militant bitumina & bituminosa omnia, ut-pote Φλογιστα, inflammabilia, πυρωτας & κυριως.

Verbo petroleum est sulphur liquidum sui generis, nobilissimum & primordiale. Fatetur hoc Kircherus l. c. & per uniuersum telluris globum & corpus huiusmodi pinguedinem diffusam esse recte scribit, imo in omnibus regnis & mixtis est tale, seu sulphureum, seu bituminosum dixeris, unctuosum, plicatile, cohaesuum. Ut itaque definite in arboribus resinosis v. g. in omnibus plantis & reliquis existit, ita & seorsim velut in sua matrice certis locis vbertim & seorsim extat distributum, indeque & scaturiens.

Perinde vero est, utrum cum Paracelso ipso & Helmontio petroleum resolutum carabe seu succinum dicamus, nam ubi hoc abundat, ibi carabe reperiri ille scribit, quod tamen sano sensu intelligendum solum est; seu potius cum Burnbeusero sulphurez proprietatis, sine additione alterius mine-

mineralis ; seu lacus tales & scaturigines fluidas subterraneas, per saxeos poros transudantes & colatas ; seu bitumino-sum solum, ab igne subterraneo fluorem indeptum, hic illic destillari in liquidum hoc oleum ; omnia enim hæc subordinata sunt, nec sibi contrariantur.

Addi potest, aquæ & terræ symbolismo modificatum consurgere sulphur hoc destillatum, seminali fermentis virtute propagatum ; non aliter ac in arboribus resinosis, aliisque plantis resinae, gummata, olea, balsama confiunt, perpetua transmutatione consimili, aqua in hæc abeunte. Salta enim terræ foetus sunt cumprimis, sulphura aquæ, quippe ex hac confiunt olea, etiam per mechanicam expressionis artificiose, v. g. olei hyoscyami, ex vino fit oleum..

Fluorem indipiscitur petroleum, seu oleum hoc mirabile, siquidem solidum magis fuerit, propter miscelam terræ, aquæ, & salis acidi, nonnunquam etiam alcali volatilis exigui respectiue, seu statim suum, per oxygenum & diaxem, coalitionem & separationem, qui modus est assignatus & conceptus iam ab antiquissimis philosophis, Platone, Aristotele, Theophrasto Eretso, nedum genuinis naturæ sacerdotibus, chimieis. Valet hoc partim de natu ipso, partim ad sensum, de artis obstetricantis ope, coctione, destillatione & rectificatione, consurgente.

Proxima ergo causa est pevua, fluor, quem adipiscitur ex matrice sulphurea, per proximiorem & instrumentalem calorem, in visceribus soli aptis, subterraneum, extra terram, culinarem & chimicum sic ; vel humorem.

Prius illud dudum etiam Hippocrates afferuit, ubi, scribens, thermæ existunt, aut ferrum nascitur, aut æs, aut argentum, aut aurum, aut sulphur, aut alumén, aut bitumen,

men, aut nigrum, rauva rauva tunc flvs jnvolvus tñ gregm, bac omnia a violentia calorii nascuntur; l. de aer. ag. & loc. cap. 13. Et quidem hoc præcipue valet, vbi citra vehiculum aquæ oleum hoc perræ, per diamðm quendam, eidem quoque notam, transfudat, statim suum, & meracum magis.

Alterum confirmat egregie Vitruvius l. 8. c. 3. vbi non solum refert, esse & fontes, & flumina, & lacus, (vt alii contra ea salvi) qui per pingues terræ venas profluentes vñcti oleo erumpunt, vti Solis in oppido Ciliciæ flumen nomine Liparis, in Æthiopia lacus, & in India, qui seruio cælo emittit olei magnam multitudinem, fons Carthagini, in quo natat insuper oleum odore citreo, Zacintho item, & circa Dyrrhachium & Apolloniam, lacus Babylone iam tactus; item Ioppe in Syria, Arabiaque. Id autem, addit, non est mirandum, nam crebræ sunt ibi lapidinæ bituminis duri. Cum ergo per bituminosam terram vis erumpit aquæ, secum extrahit, & cum sit egressa extra terram, seceritur, & ita reicit ab se bitumen, adde vel solidum vel liquidum quoque. Vnde concurrit in quibdam alterutrum, in aliis geminum hoc obstetricans instrumentum. Adeoque de simplici & plano hoc ipsum sufficere potest ad satiandum animum sciendi auidum, quæ hypothesis videtur longe optima.

Supersedemus hinc plura hinc inde largius extantia congerere, legenda apud Encelium, Agricolam, Libanum, Cesalpinum, Cesum, aliasque huc facientia, vbertim extantia & colligenda.

CAPVT

CAPVT III.

De

*Præparationibus, viribus &
vsi petrolei.*

Bout hodie prostat petroleum in officinis, vix opus habet præparatione vltiori, ne actum agamus. Enim uero iam supra tactum ~~magis aqua~~ *Dioscoridis*, recte a *Marcello Virgiliq* redditum est *destillatio*. Satis est, haec facta genuinum, verum & laudabile esse petroleum, adeo que iplissimam naphtham.

Concedamus hinc, vt *Olaus Wormius* in *Museo* scribit, naphtham bitumen (liquidum) subtilissimum esse, vel potius bituminis liquidi spiritum, ex Babylonico bitumine potissimum extractum; sed tale est & nostrum, magis enim & minus, si vel maxime id ponamus, non variat specie, dummodo fabulosa a veris separentur, vt ad distans accendi ab igne, & a sole ipso; quamvis non nisi improprie spiritus dici queat, cum oleum potius sit omnino: spiritus enim inter oleum & aquam medius magis est.

Ad præparationem illam laudatam etiam referri potest, mediante prelo licere expressionem tentare inter alia; ut etiam medianibus scopis cum aqua effluens conquassari scribitur, vt oleum omne in uno angulo vniatur, quod deinde cochlearibus aufertur, id quod de Mutinensi refert *Wormius l. c.* Loco huius vitrum hypolepticum, seu separatori m, tubulus item minimus sufficit, ad attrahendum suum, vt relicta aqua decantari possit.

Led actum fuerit agere, si præparationes alias, chimi-

C 3

cas vel pharmaceuticas laudare velimus, quibus nec usus,
nec opus est; optime vero & per se, & ad compositiones
varias adhiberi amat.

Detergere posset ignaros Plinii fulmen de naphtha l.
35. c. 15. prolatum. Naphthæ, *inquit*, ardens vis ignium
naturæ cognata, procul ab omni usu est. Tantum vero ab-
est, ut in hoc audiendus fuerit, ut potius inter classica me-
dicamenta etiam petroleum hoc sit suo loco præcipuum;
quod ipse diffiteri nequit, sed vel inuitus concedit, si bitu-
mini ab eo quoque assignatas vires eodem loco considere-
mus, ex *Diæcoride* transcriptas, quas a mumiz hodierno usu
rectius repetere possumus.

Quod si ergo ordine recepto, coque non incongruo,
vires petrolei lustremus, calidum est & siccum statuen-
dum gradu secundo, mansione secunda circiter, vel tertio
ipso, ob sulphur. exaltatum, fluorem indeptum, eminens,
non sine particulis hinc subtilibus mercurialibus, vel odore
fragranti non ingrato, inibi præsentibus & iunctis, siquidem
omnino genuinum sit, quem in primis fecerunt in rubello ob-
seruamus.

Enimuero falsatur, ut id repetamus denuo, terebinthi-
na oleo non raro, quod specificum suum odorem vix oc-
cultare valeret, quin & saporem. Neque par aliud facile
agnoscit, quod substitui possit, nisi succedaneum quoddam
surrogemus, communibus affectionibus congener.

Sane nec succini oleum superat idem, longe leuius,
longe gratius, longe subtilius & penetrans, si fateri volu-
mus, quod res est; nec longe minus oleum ceræ, quod
nonnulli petroleo æquiparant.

Licet vero interne hodie communiter rarius paulo
usitatum sit, oleorum destillatorum prouentu & usu ubi-
riori; nihil tamen prohibetur, quin & sic in usum vocari
pos-

posit. Exemplum ex antiquioribus præbet antidotus de castoreo, a *Nicolaio Myrepsio* laudata & descripta, quæ ipsum petroleum quodque recipit. Alia vero apud *Fr. Ariostum*, & alibi in observationibus, etiam apud recentiores curatores prostant. Et in hoc enim æquiperatur merito oleis distillatis, medo in vsu hoc non præuaricetur quis empirice, vel eodem abutatur. Calidum enim & siccum est insigauerit.

Hinc petroleum calefacit, ob sulphur eminens. Calidum corporis humani constituit sulphur ipsius vitale lumenosum, in corde & sanguine: quodcumque id in membris ciet, calefacit. Quis vero dubitet, quin particulae petrolei sulphureæ volatiles illud præsent intendendo, rarefaciendo, & volatilius reddendo? Commendatur ergo in affectibus frigidis omnibus: in doloribus frigidis etiam diu turnis, inquit *Cardanus* l. 5. de subtil. p. 163. est præsens auxilium. Utteri affectus frigidos soluit, & moderatur.

Sic etiam petroleum siccatur, ob activitatem sulphuream comitantem & absumentem, sicubi ichorescentia absorbenda, & lympha dissipanda, in affectibus ab humiditate exsuperante & frigiditate oriundis præclari usus.

In qualitatibus vero secundis & tertuis porro incisit, & sensas, diffringit, & resoluit; ut interius, si usus ita ferat, provide, ita maxime externe, iuuando archeum partium, rarefaciendo, & secon disiiciendo.

Ob eandem causam etiam sudoriferum est, & diureticum, fundendo lympham, & transpirationem promouendo, interius & exterius debite applicatum.

Per accidens vero, ob copiam verbi gratia, affontum largius, vomitum mouere potest, cui restringendo alias, aromaticata calida & roborandi virtute, potius inservit.

Car-

DISSERTATIO IN AVGVKALIS MEDICA

Carminatiuum item est & flatus discutit, in eolica e. gr. vti eius vim carminantem exemplo illustrat Ariostus h.e.p. 52. vnde & emplastrum carminatiuum Sylui ornat:

*Bz. gumm. galbani, bdellii, ammoniaci a. 3*lb.**

*thuris masculi, myrrbarubre a. 3*lb.* opii Thebaic. 3*lb.**

Dissolute in aceto squillino, iterumque inspissatis adde
cera citerine, cclipbonie a. 3*lb.* balsami Peruviani
ol. philosoph. a. 3*lb.* ol. terra 3*lb.* caru. stillat. 9*lb.*
terebinth. Venet. q. s. M. F. f.a. Emplastrum.

Sic aperit quoque omnis generis vasa: (1) *vasa san-*
guifera, nominatum vterina, vnde *emmengogum* est, seu
feliciter menses citat, cum castoreo & vino assumentum, iux-
ta *Dioscoridem l. c.* vbi vasa vterina obstructa primum per-
transit volatilibus suis mercurialibus particulis, viamque
mensibus pàculam conciliat; deinde etiam sal volatile &
sulphur sanguinis intendit, expandit, & in motum ciet
magis. (2) *vasa lymphatica*, vel chylum, & hoc absunto,
lympham ferentia, vt. in hypochondriis. Hinc in affe-
ctione hypochondriaca vasa mesaraica aperit, & atrophiae
inde facile oriundae & cachexiae contrait. (3) *vasa spiritus*
animales ducentia, seu *neruos*, in paralysi omni, vniuersa-
li & particuliari. Tacemus *vasa vrinaria*, vreteres, & alios
ductus, vt choledochum, quorum motui promouendo ap-
prime velificatur.

Seorsim & *neruinum* est *cepbalicum*, non uno titu-
lo, virtute sua aromatico quoque dissipativa, alterante &
soborante, in apoplexia, epilepsia, conuulsionibus, verti-
gine. Ita B. Ettmüllerus in vertigine commendat tom. II.
p. 873. petroleum album in electuarium redactum, & lau-
dat, se iuueni vertiginoso non sine iucundissimo successu
propinasse in sequenti formula: Bz. conseru. menth. 3*lb.*
fl. anth.

*f. ant. 38. vel 3vi. petrol. alb. 3i. ad 38. fir. mench.
vel f. tun. q. s. Miscendo, faciendo electuarium, quo
de quantitate castaneæ omni mane sumere iussit.*

Valet idem exterius seorsim in paralyſi; & hemiplegia. Sic visum fuit maxime conduxisse in vnguento neuino & martiato officinarum mixtum petroleum, additis oleis roſmarini, lauendulæ, succini albi, pinguedine castorei, & aliis; dummodo mora detur, & continuetur ſedulo illitus ad spinam dorsalem, tanquam principium neuorum, ad partes vnicæ mouendas excurrentium & diditorum.

Inſigniſſimum quoque eſt paregoricum, ob sulphur balſamicum blandum refolutum volatile, neuinum, demulcens. Instar omnium eſt hinc oleum paregoricum Wedelianum: *B. ol. petr. rabr. vel alb. 3ii. inniper. anis. caru. a. 38. byofc. c. v. expr. 38.* M. cui facile addi poſſunt alia quoque, pro modulo indicationum, vt oleum rutæ, succini album, ligni rhodini, caryophyllorum, tartari deſtillatum, &c. cuius uſus in pleuritide, cardialgia, dolore hypochondriorum, colico, nephriticō, dysuria, stranguria, dysenteria, affectu ischiadico, mensibus dolorificis, imo & roborandi uſu in vrinx incontinencia, debitibus locis applicati eſt probatissimus. Iungi vero una poſſunt & ſacculi paregorici euporisti, minoris & maioris apparatus, in ſubſidium internorum, roborato calore nativo, & viribus medicamenti attuandis.

In doloribus etiam & contracturis articulorum, a fri- gida magis intemperie fotis, cum temperatioribus, vt pinguedine taxi, officium facit, & per ſe quoque. Tacemus uſum non minimum in ſtrumis, ſcorbuticis, tumoribus glandolis, in gangliis, ſubluxationibus, clavis pedum, & ſimilibus.

D.

In

In obstructionibus mesenterii, cum tumore abdominis & atrophia, consulto etiam misetur, respectu yna ad flatus, ipsosque lumbricos aliquando simul habito. Maxime vero in obstructionibus neruorum dictis locum obtinet non glutinum, seu unguentum paralyticum Mynsichti recipiamus, seu compendiosius laudatum cum petroleo, usus sane eximii, etiam in infantibus, pedibus ex eadem causa, seu paralysi scorbutica, non insistere valentibus, quod cum successu factum non semel visum est. Tacemus oleum otalgicum, Myns. oleum balsamicum eiusdem, & alia, suis consimilibus usibus satisfacientia.

Apprime quoque putredini resistit, virtute balsamica, aerem arcente, humidum corruptuum absidente, verminoso animato seminio contraria. Hinc iam olim ad caderuera condienda Aegyptiis celebratum fuit, quo de vid. Diodorus Siculus l.c. & hodiendum his illis partibus a putredine conseruandis inseruit.

Est & antihelminticus summum, non tantum communis virtute transpirationem sufflaminando insectorum, sed & balsamica, penetrante volatili, actiua. Ita epilepsiam desperatam eodem curatam l.c. Arisofus refert, ex hoc fonte oriundam, excretam ab eius ysu, villoso & obnigro vermio, per vomitum egresso, ægro deplorato sic restituto. Juuenis ascaridibus molestis laborans, præmisso purgante & aliis, solo litu petroeli quotidiano curabatur perfecte. Est quoque traumaticum, & vulneribus abstergendis & siccandis prodest, ipsisque puncturis neruorum apprime. Est & ulceribus putridis, verminosis proficuum, dentium cariem, vaillationem, dolorem, & putrilaginem gingivarum corrigit, excoriationi vesicæ etiam inieclum per siphonem opem tulit, de quibus sape laudatus Arisofus legitur,

retur, exemplis id demonstrant. Pertinent huc & vlcera Gallica, mali moris, manantia, in quibus Paracelsus ipse id commendat, vt ut uno loco videatur eo calu reiicere, quod distinctione dilui potest facile, si contraindicans aliquod adsit. Idem applicari potest gonorrhœæ, & fluori albo quoque, minus vero dysenteria.

Sic eodem fine non uno etiam ingreditur *unguentum* ad *Hermias Myns.* & alijs iungi potest, quandoquidem emolliendi, resoluendi, sanandi, fatus discutiendi est intentio, quam dum impetrare hoc pacto, licet, omnino scopo debito examinatum satisfacit.

Polychresto hoc fine laudari quoque meretur *emplastrum* *D. Ruperti*, Archiatri Saxonici, quod paratum fertur ex *ol. oliuar.* Ibi. *minii acetoo* *preparat.* *lib.*

ol. petra, junip. *a. 3lb.*

pingued. human. canis *a. 3i.*

M. F. l. a. emplastrum.

Obiici potest inter alia, euaporare idem ob volatilitatem suam facile, non minus ac *oleum juniperi*; sed partim opus fuerit, partem volatiliorem euaporare, ne calidius sit *emplastrum*, partim, quod *Iacobus apud Arioftum* notat, si destillatur petroleum, in fundo vasis restitat magma crassum admodum, firmumque, quod succini instar paleas & circumiectas chartas arripere solet.

Plura, quæ huc referri possunt, aliunde repeterem integrum est, & summari ex *Dioscoride*. Inter haec. saltim laudabimus verbo encomium, vtile esse ad suffusiones & albiginæ oculorum, ad procidentias veteri, & virtute discutiendi, glutinandi, emolliendi, resoluendique; reliqua enim ex his iudicari possunt, & ad usum impendi conuenientem.

Latius hic possemus etiam recensere usus plures alios, seu domesticos, seu mechanicos, si id institutu nostri pate-

28 DISSERTATIO IN AVGVRALIS MEDICA DE PETROLEO.
retur ratio. Satis est *Dioscoridem*, & ex eo *Plinium*, testari
bituminis huius fluidi usum iam olim fuisse ad lumina lu-
cernarum, cum ignem promptissime suscipiat & alat, quod
& hodienum forte in defectu aliorum & copia prouentus
huius non foret de nihilo, ceteroqui pretiosius, quam ut
ignis alimoniaz impendatur.

Nec obſtiterit narcoticus sulphureus odor, qui longe
magis ex bituminum aliorum generibus accensis spirat, ut
carbonibus fossilibus, quam e subtiliori magis & delicatio-
ri petroleo, minusque adeo timendus.

Tacemus usum pigmentorum, ad colores non vnoſ
præparandos, illinendos, incrustandos, quippe minus nostri
fori. Idem dictum esto de artibus pyrotechnicis ad ignes
artificiales varios, & inter hos in aqua quoque non extin-
guendos; quos vel verbo tetigisse sufficiat.

Medicos vero usus nostros obsignabit ut *menſtruum oleo-*
ſum, delicatum admodum, pro ſoluenda camphora, balsa-
mo sulphuris simplici & antimoniate, cum eo parando, vi
ſimilitudinis homogeneaz, adeoque amici ingressus, & ſolu-
tionis; ſimilia enim ſimilibus ſoluuntur.

Si cautelas circa usum aliquas addere velimus, paucæ
illæ fuerint, nec aliæ, quam cum reliquis oleis communes.
Cauendus est excessus interne & externe; illud, ne rarefa-
ciat plus iusto & accendat ſanguinem, præcipue in calidis af-
fectibus; hoc ne exasperentur fibræ teneriores in delicatiō-
bus ſubiectis.

In his enim, cum primis ſcorbuticis ſubiectis, viſum fuit,
illitu oleorum talium, alias licet non acriorum, occaſione,
acrimoniaz ſcorbuticæ domesticæ, aliquando inflammationem,
accidentarjam licet, in aliis intertriginem conſecutam; faci-

le tamen alcalinis temperatis puluillis, emplastro de
ſpermate ranarum, vnguento de lithargyrio,
& aliis compescendam.

SOLI DEO GLORIA.